1514º in Septembri —

118

# Sigismundus Rex Victor de Moschis Donat Agrum Ecclesiæ in Hayna ubi Corpora in prælio cum Moscho oc=cisor. sepulta sunt —

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniæ etc. Significamus —

Redeuntibus nobis ex prælio, quo hostem nostrum Ducem Moscoviæ contra fædus, et Jusjurandum, terras nostras occupantem fudimus, cum ad primam nostri ritus Romani Ecclesiam in Hayna, applicua=zmus, volentes immortali Deo, ac intemera=tæ Matri, in cujus natali, tanta nobis victo=ria cessit, quantam præsens seculum non vi=dit, primordia laudis, et gratitudinis no=stræ exhibere, agrum Nostrum incipiendo à Domo Plebanali, usque ad viam quæ va=dit penes Ecclesiam, et ex alia parte à Domo Plebanali, usque ad fluvium illuc fluentem Honorabili Andreæ Plebano in Hayna, ac Successoribus ejus, omnibus ad tenendum et possidendum perpetuis temporibus, Dedimus,

Donavimus

dedimus, donavimus, et cum omni jure et pro=
=prietate immutati Ecclesiasticæ ascribendū
concessimus ea videlicet ratione, quod dictus
Plebanus ac Successores illius debebunt ex
nunc in perpetuum singulis mensibus can=
=tare, aut cantari facere missam unā de Na=
=tivitate Gloriosæ Virginis Mariæ, cum me=
=moria occisorum, qui ex Prælio adducti, ibi=
=dem tumulati sunt, pro animarum eorum
salute, et tantæ Victoriæ memoria sempi=
=ternæ. _ In cujus rei testimonium_ etc.
Datū Anno Domini Millesimo Quingen=
=tesimo Decimo Quarto_ in Septembri_